Copy of the charter granted to the Society of Apothecaries by King James the First : ordered, by the House of Commons, to be printed, 22 June 1825.

Contributors

Worshipful Society of Apothecaries of London.

Publication/Creation

[London] : [publisher not identified], [1825]

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/st3gkkuu

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

48908/D

APOTHECARIES' COMPANY.

COPY OF CHARTER GRANTED TO THE SOCIETY OF APOTHECARIES, BY KING JAMES THE FIRST.

Ordered, by The House of Commons, *to be Printed*, 22 *June* 1825.

JACOBUS Dei gratia Angliæ Scociæ Franciæ & Hibern. REX Fidei Defensor &c. OMNIBUS ad quos præsentes Litteræ pervenerint salutem CUM antehec per Litteras nostras patentes sub magno sigillo nostro Angliæ confect. gerent. elat. apud Westmonasterium none die Aprilis anno Regni ñri Angliæ Franciæ et Hiberniæ quarto et Scotiæ de gratia nostra speciali ordinaverimus voluirimus et concesserimus quod omnes et singuli liberi homine mysterij Grocerorum et Pharmacopœor. Civitatis Lond. et successores sui deinceps in perpetuum pro meliore ordine & gubernatione et regimine hominum myster. Groceror. et Pharmacopol. Civitatis Londinens. ac pro utilitate commodo et relevamine bonorum et proborum ac formidine et correctione malorum dolosorum et improbor. forent et essent vigore eaŕdem Litterar. Patent. unum Corpus corporatum et politic. in re facto et nomine per nomen Custodum et Communitat. Myster. Groceror. Civit. Lond. et eosdem per nomen Custod. et Communitat. Myster. Grocerorum Civitat. Londinensis unum Corpus corporat. et politic. in re facto et nomine realitèr. et ad plenum pro Nobis heredib. et successorib. nostris per easd. litteras nr̃s patentes ad tunc erexerimus fecerimus ordinaverimus constituerimus et declaraverimus et quod per idem nomen successionem haberent perpetuam prout per easdem litter. nostras patentes (inter alia) plenius liquet et apparet. JAM uero cum demonstratum sit nobis ex parte dilectorum subditor. nostros Pharmacopol. Civitat. nostrẽ Londinens. Nec non etiam nobis affirmat. et approbat. per dilectos nobis Theõrd. de Mayerne. et Henricum Atkins in Medicina doctores Medicos nr̃s discretos et fideles; Quod his co' proximis annis quamplurimi Empirici et homines ignari et inexperti in Civitat. ñrâ Londinens. et ejusdem Suburbijs inhabitant et commorantur qui in Pharmacopol. arte et mysterie haud instituti sed in eadem imperiti et rudes quamplurima insalubria nociva falsa corrupta et ꝑniciosa faciunt et componant medicamenta eademq; in plurimas hujus regni nostr. Angl. partes vendunt et assiduè transmittunt in convitium et opprobrium non solum medicinæ scientia illius colendæ Medicorque hujus regni nost. Angliæ litteratorum eandem profitentium nec Pharmacopœor. Civitat. nostr. Londinens. in eadem Arte et Myster. educator. et expertorum verum etiam in subditor. nostror. pericula et assidua vitæ discrimina CUMQUE ad jura nostra regalia atque regimen supremum quo universos nostros subditos et singulas Regni nostri partes membra et societates temperamus et complectimur spectet ut bono publico et temporum ratione novas Societates atq; nova corpora corporata et politica creare exigere instituere et superinducere ad beneplacitum nr̃i possimus tam ex personis qui prius plane seperati et in unum corpus redact. aut collecti fuerunt quam ex membris Corporum corporatorum veterum ubi hoc ad melius regimen Populi nostr. videbitur expeden. NOS igitur considerantes officij nostr. regij. munus esse subditor. nostr. saluti ut bono publico omnib. vijs et modis providere et consulere ac nobiscum per pendentes quomodo improborum

WELLCOME LIBRARY

349158

istorum hujusmodi conatibus tempestive occurramus (de Advisamento Consilij nostri in legibus eruditi) apprimo necessarium duximus Pharmacopœios Civitat. nostræ Londin. ab hominibus Liberis Myst. Groceror. ejusdem Civitat. disunire disjungere separare et dissociare ac eosdem Pharmacopeos per seipsos solum et divisim ac ab hominib. Lib. Mysterij Grocer. predict. ad omnes intentiones et proposita disunitos et separatos in unum corpus corporatum et politicum erigere creare et constituere ad quos omni futuro tempore incommodor. istorum cura et correctis demandata et commissa foret ita tamen ut superiori ac generali regimeni Civitat. nost. Londinens. et Magistratus ejusd. in modum aliarum Societatum subjiciantur. SCIATIS igitur quod nos dilect. et fidel. nostror. Medicorum Theodori de Mayerne et Henricus Atkins nec non Pharmacopœor. predict. precib. inclinati potissimum vero ex regali nost. curâ et solicitudine statum Reipub. promovendi ac bonum public. procurandi ut Empiricorum et hominum ignaror. et inexpert. pdcor. in scientia et temeritasq? compescatur unde plurima incommoda et pericula rudi ac inerudite plebi assidue oriantur Ac ut Pharmacopœi inferius nominati tam à predict. corpore politico Myster. Groceror. Civitat. Londinen. quam ab alijs quibuscunq, corporib. politicis Societat. sive Coitut. quarumcunq, artium facultatum sive mysteriorum in eadem Civitate nostra Londin. disuniantur separentur disunigantur ac in corpus unum politicum et corporatum per seipsos per nos facti constituti et creati in posterum perpetuis futuris temporibus ad omnia preposita et intentiones sint, et remaneant quam pro alijs causis urgentibus nos specialiter moventibus de gratiâ nostrâ speciali ac ex certa scientiâ et mero motu nostris ac per presentes pro nobis hæredib. et successorib. nostr. concedimus dilectis et fidelib. subditis nostris Willmo Best Edmund. Philips Laurentio Mansfield Thomæ Colethurst Rich. Bacon Stephano Higgins Willmo Higgins Willmo Compton Rich. Trout Georgio Sheres Willmo Hutton Will. Clapham Willm. Quick Thom. Whitley Johanni Parkinson Radulpho Clayton Willmo Gum Humphred. Grauener Laurent. Lūd Johanni Hewet Nicholao Gibson Johanni Slater Petro Watson Gulielmo Checkly Thomæ Tomlinson Danieli Darnelly Willm. Clarke seniori Adriano Barton Willmo Wells Rich. Edwards Rich. Palmer Will. Perke Josiæ Harris Thom. Bullard Israeli Wolfe Jacobo Colwel Thomæ Christie' Thom. Hicks Roberto Hudson Johanni Shepard Thom. Jones Patrick Sheriffe Johanni Warkhouse Joh. Walker Jacobo Fothergill Samueli Jones Thomæ Bay Georg. Walsham sen. Timoth. Read Lodovico Moorton Thom. Bel sen. Edwardo Cooke Roberto Booreman Tobiæ Wyncks Johanni Lethsteed Willmo Shambrook Edwardo Tasborow Joh. Eason Leonardo Stone Johan Hinson Isaaco Young Willmo Alcock Rich. Saulter Johi Evans Willmo Spencer Simoni Decut Jolliff Lownes Samueli Lemme Rich. Young Roberto Vandrie Jacob Everret Nicholao Goff Petro Howel Francisco Baldwin Edward. Clark juniori Johan. Wheeler juniori Gilberto Johnson Rob. Elkin Johanni Browne Thomæ Broome Rich. Glover Guliel. Bell junior Rob. Hore Stephano Chase Samueli Mosse Philippo Griffith Samueli Harrison Johanni Morecroft Jacobo Rand Johan. Hide Jacob. Walsham Abraham Webb Johanni Taylour Radulph. Yardly Thom. Rashton Johan. Sares Georg. Haughton Rogero Harris Georg. Steward Richard Swetson Rob. Mace Johan. Kellet Rich. Brag Miloni Sparke Jacob Tompkins Richard Ashbie Zachariæ Warring Rich. Blackwel Gulielm. Cleyton Will. Roberts Francisc. Unrayne Richardo More Carolo Monck Sam. Tubman Michaeli Eason ac omnibus alijs personis quibuscunq, subditis nostris naturalib. in arte facultate sive mysteria Pharmacopeior. educat. et perit. eandemq, artem facultat. sive Myster. hoc tempore exercentib. sive existentib. Libris hominib. Myster. Grocer. Civitat. Londin. ac cum eisdem conjūctim et promiscue in unum corpus corporatum et coitut. (ut prefectur) fact. et constitut. sive existent. liberi homines aliquarum aliar. artium facultat. sive mysteriorum in Civitate Londinens. ac cum ejusdem in unum corpus

corporatum

corporatum societatem sive communitat. ante hac per nos sive per aliquem vel aliquos Progenitor. nrom fact. incorporat. sive constitutum Quod ipsi et eorum unusquisq; una cum omnibus et singulis eorum Apprenticijs qui ante dat. present. coram custodibus Myster. Groceror. predict. seu coram custodibus sive magistris aliquar. aliarum artium facultatum sive mysterior. in Civitat. Londinens. alicui Pharmacop. sive aliquibus Pharmacopœis posuerunt seipsos apprenticios tam a prædicto corpore politico et communitat. liberor. hominum myster. Grocer. predict. quam ab omnib. alijs corporib. politic. communitatib. sive societatib. aliquar. aliarum artium facultatum sive myster. in Civitate London. quibuscunq; disuniantur separentur divellantur disjungantur et dissocientur eosdemq; Pharmacopeios et eõr. quem libet ante nominat. sive mencionat. unâ cum omnibus et singulis eõr. apprentic. predict. ex regali nostra prerogativa ac jure Regio disunimus seperamus divellimus disjungimus ac dissociamus et eosdem Pharmacopeios una cum omnibus et singulis eõr. apprenticijs predict. virtute harum litterar. nrar. paten. immunes liberos acquietat. exonerat et penitus exemptos (ad omnia proposita et intentiones) quam de et ab omnibus juramentis jurisdiction. protestatib. authoritat. statut. ordinationibq; constitution. supervisu scrutin. summonib. convocat. convention. regimine gubernationib. ordinibus correction. imposition. taxation. collection. denariorum solutionibus et oneribus finibus amerciamentis imprisionamentis districtionibus pœnis et pœnalitatibq; quibuscunq; custod. et coitut. myster. Grocer. prædict. pro tempore existen. aut eor. success. quam alior. quorumcunq; corpor. politicorum coitut. sive societat. in civitate nostrâ London. et successorum suorum per presentes volumus esse et remanere deinceps in perpetuum aliquibus statutis Actis Parliament. ordinationibus provisionibus consuetudinibus concessionibus confirmationibus privilegijs chartis et litteris patentibus nostri vel aliquor. progenitor. nostror. custodibus et coitut. myster. Grocer. London. prædict. factis in contrarium inde non obstan. ET ULTERIUS de ampliori gratiâ nostra speciali et ac ex certa scientia et mero motu nostris ut ars myster. sive facultas Pharmacopeia jam diu collapsa ac despecta melius ad amplitudinem dignam promoveãtur pro nobis hæredibus et successoribus nostris concedimus per præsentes prefatis Willmo Best Edmundo Philips Laurent. Mansfield Thom. Colethurst Rich. Bacon Steph. Higgins Willmo Compton Johanni Wolfegang Rumler Lodovic Murey Gideon de Lanne Georg. Sheres Edw. de Pleur Rich. Trout Willm. Hatton Will. Clapham Thom. Whitbye Johan. Parkinson Radulph Cleyton Willm. Gwin Humph. Grauener Laurent Lund Johan Hewett Nicholas Gibson Johan Slater Petro Watson Willmo Checklye Thomæ Tomlinson Daniel Darnelly W. Clarke seniori Adrian Barton Willm Wels Rich. Edwards Rich. Palmer Willmo Pecke Josiæ Harris Thomæ Bullard Israeli Wolfe Jacobo Colwel Thom. Christie' Thom. Wells Robert Hudson Johñi Sheppard Rich. Weston Thomæ Jones Gabriel Sheriffe Johan. Warkehouse Joh. Walter Jacobo Fothergill Sam. Jones Thom. Bate Georg. Walsham seniori Timoth. Read Lodovic. Moreton Thom. Bell sen. Edward Cooke' Roberto Booreman Tobiæ Wynks Johani Lethsteed Willmo' Shambrooke Edw. Tasborow Johanni Eason Leonardo Stone Johanni Hinson Isaac Younge Willmo Nocke Rich. Saulter Johi Evans Willm̃ Spencer Simoni Drew Jolliffe Lownes Sam. Lemm Richard Young Robert Vandrye Jacobo Everet Petro Howell Edward Clarke juniori Nichol. Goff Francisco Baldwin Johañ. Wheeler juniori Gilberto Johnson Richardo Ashbye Robert Edkins Johanni Browne Thom. Browne Rich. Glover Willielmo Bell juniori Robert Hore Stephano Chace Sam. Mosse Philip Griffith Samueli Harrison Johani Morecroft Jacobo Rand Johani Hide Jacobo Walsham Abrahamo Webb Johanni Taylor Rad. Yardlye Thom. Rashton Johani Sares Georgio Haughton Rog. Harris Robert Mace Georg. Steward Ric. St. Wetson John Kellet Richardo Brag. Trimioni Parkins Milon Sparks Jacobo Tompkins Richard Besse Zach. Waring Richard Blakewel

Blakewel Willmo Cleyton Guliel. Roberts Francisco Unrayne Richard More Carolo Monke Paulo Lobel & Samueli Tubman ac omnibus et singulis alijs personis quibuscunq, in arte mysterio sive facultate Pharmacopolar. educat. et perit. eandemq, artem myster. sive facultatem exercentibus modo existentibus liberis hominibus mysterij Groceror. predict. aut existentibus liberis hominibus aliquarum aliarum artium mysterior. sive facultatum in Civitate London. dummodo in arte et facultate Pharmacopeia educat. et expert. fuerint qd ipsi omesq, huïoi liberi hoïes ejusd. art. mister. sive facultatis Pharmacopol. de et in Civitate predict. et in suburbijs eiusdem et infra septem Milliaria Civitatis predict. sint et erunt unum corpus corporatum et politicum in re facto et nomine per nomen magistri custodum et societatis artis et myster. Pharmacopol. Civitatis London. Ac eos per nomen magistri custodum et societatis artis et mysterij Pharmacopolar. Civitatis London. in unum corpus corporatum ac politicum in re facto et nomine realiter et ad plenum pro nobis heredibus et successoribus nostris erigimus facimus ordinamus constituimus creamus et declaramus per presentes et quod per idem nomen successionem habeant perpetuam Et quod ipsi et successores sui per nomen magistri custodum et societatis artis et myster. Pharmacopol. Civitatis London sint et erunt in perpetuis futuris temporibus personæ habiles et in lege capaces et corpus corporatum et politicum et in lege capax ad habendum perquirendum possidendum gaudendum et retinendum manneria messuagia terras tenementa libertates privilegia franchisas jurisdictiones et hereditamenta quacunq, cujuscunq, generis nominis naturæ qualitates vel speciei fuerint sibi et successoribus suis in foedo simplici et perpetuitate sive pro termino anni vel annorum aut aliter quocunq, modo Ac etiam bona et catalla aut quascunq, alias res cujuscunq, nominis naturæ generis qualitatis sive speciei fuerint Nec non ad concidend. dimittend. alienand. assignand. et disponend. manneria terr. teñta hereditamenta et ad omnia et singula alia facta et res faciendas et exequendas per nomen predictum Et quod per idem nomen magistri custodum et societatis artis et mysterij Pharmacopol. Civitatis London placitare et implacitari respondere et responderi defendere et defendi valeant et possint in quibuscunq, curijs placeis et locis ac coram quibuscunq, judicibq, ac alijs personis ac officiarijs nostris et hæredum et successor. nostror. in omnibus et singulis actiobus placitis sectis quærelis causis materijs et demandis quibuscunq, cujuscunq, sint et erint generis qualitatis sive speciei eisdem modo et formâ prout alij aliqui regni nostri leges Anglie personæ habiles et capaces in lege sive aliquod aliud corpus corporatum et politicum intra regnum nostrum Angliæ habere perquirere recipere possidere et gaudere retinere dare concedere dimittere alienare assignare et disponere placitare et implacitari respondere et responderi defendere et defendi facere permittere sive exequi possint aut valeant Et quod ijdem magister custod. et societas artis et myster. Pharmacopol. Civitatis London predict. habeant in perpetuũ commune sigillum pro causis ac negotijs suis et successorum suorum quibuscunq, agendis deserviens. Et quod bene liceat et licebit eisdem magistro custodib. et societat. artis et myster. Pharmacopol. Civitatis London predict. et successoribus suis sigillum illud ad libitum suum de tempore in tempus frangere mutare et de novo facere prout eis melius fieri videbitur ET ulterius volumus et ordinamus ac per presentes pro nobis heredibus et successoribus nostris concedimus prefatis magistro custod. et societat. artis et myster. Pharmacopol. predict. et successoribus suis quod de cætero in perpetuũ perpetuis futuris temporibus sit et erit unus de societate artis et myster. Pharmacopol. predict. in formâ in his presentibus mentionat. eligend. et nominand. qui nominabitur et vocabitur magister artis et societat. predict. Ac quod similiter sint et erunt duo de societat. artis et myster. prædict. in formâ in his presentibus expressis eligend. et nominand. qui erunt et nominabuntur custodes artis et myster. et societat. predict. Ac etiam quod similiter sint et erint viginti et unus de societati predictâ in forma in his præsentibus inferius similiter mentionat. eligend. qui

erunt

erunt et nominabunt. assistentes artis et societat. Pharmacopol. Civitatis London. ã de tempore in tempus erunt assistentes et auxiliantes magistro et custodibus myster. et societat. predict. pro tempore existentibus in omnibus causis rebus et materijs dict. myster. et societat. tangen. et concernen. ET ULTERIUS VOLUMUS ac per presentes pro nobis heredibus et successoribus nostris concedimus prefat. magistr. custodib. et societat. artis et myster. Pharmacopol. Civitatis London predict. et successoribus suis quod bene liceat et licebit eisdem magistro custodibus et societat. et successoribus suis habere perquirere retinere et appuntuare quandam aulam sive domum conciliariam infra Civitatem nostram London. quodq, ijdem magister et custodes myster. prædict. vel aliqui duo eorum quorum magistrum pro tempore existent. unum esse volumus quoties eis opportunum et necessarium fore videbitur convocare et tenere infra eandem aulam sive domum quandam curiam sive convocationem de eisdem magistro custod. et assisten. predict. ad numerum tresdecim personarum vel plurium (quorum magistrum et unum è custod. myster. et societat. predict. pro tempore existen. ut prefertur duos esse volumus) ad libitum et licitè possint et valeant perpetuis futuris temporibus Quodq, in eadem curiâ sive convocatione tractare referre consultare consulere ac discernere valeant et possint de statut. legibus articulis ordinationibus et constitutiõibus myster. et societat. predict. ac bonũ regimen statum et gubernationem eor̃dem tangen. et concernen. juxta eor̃ sanas discrecões vel juxta sanas discrecões majoris partis eõrdem (quor. magistrum et unum custod. myster. et societat. predict. pro tempore existen. duos esse volumus sic ut præfertur congregat. ET ULTERIUS VOLUMUS ac per presentes pro nobis heredib. et successoribus nostris concedimus prefat. magistro custod. et societat. artis sive mysterij Pharmacopol. Civitatis London. et successoribus suis quod magister custodes et assistentes mysterij predict. pro tempore existeñ ad numerum tredecim personar. vel plurium (quorum predict. magistrum p̃ tempore existen. unum esse volumus) super monitionem publicam inde fiendam ad hoc congregati in aula sive domo societatis predictæ habeant et habebunt plenam potestatem facultatem et authoritat. condendi constituendi ordinandi et faciendi de tempore in tempus leges statuta constitutiones decreta et ordinationes rationibił inscript. quæcũq, que eis aut majori parti eõrdem (quor. magistrum myster. et societat. predict. pro tempore existen. unum esse volumus) bona salubria utilia honesta et necessaria juxta eorum sanas discrecões fore videbuntur pro bono regimine et gubernatione eor̃dem magistri custodum assistentm̃ et societat. myster. Pharmacopol. prædict. ac omñm et singular. aliar. personar. artem sive mysterium Pharmacopol. predict. infra Civitatem London pred. libertates et suburbia ejusdem et infra septem milliaria ejusdem Civitatis exercen. et occupan. ac pro declaracõe quo modo et ordine eidem magister custodes et societas ac omnes ac singuli apprentitij officiarij et ministri myster. et societat. predict. in officijs functionibus minister. tyrocinijs artific. et negotijs suis infra Civitatem prædictam ac libertat. et suburbia ejusdem ac infra septem milliaria ejusdem Civitat. sese habebunt gerent et utentur pro uberiori bono publico communi utilitate et bono regimine mysterij et societat. prædict. ac gubernacõe eor̃dem ac rebus et causis alijs quibuscunq, myster. et societa. prædic. tangen. seu quoquo modo concernen. PROVISO semper quod pro tot et talibus ordinationibusque medicamenta aut composicões et usum eor̃dem concernent advocabunt de tempore in tempus Presiden. et quatuor Censores seu Gubernatores Colleg. et coitut Medicor. London aut alios medicos per presiden. predict. nominand. pro advisamento in hac parte Quodq, eidem magister custod. et assisten. myster. predict. pro tempore existen. ad numer. tresdecim personar. vel plur̃m. (quor. magistrum myster. predict. pro tempore existen. unum esse volumus) quotiescunq, hujusmodi leges institucões jura ordinacões et constitucões fecerint considerint ordinaverint vel stabiliverint hujusmodi et tales pœnas punicões et pœnalitat. per fines et amerciament. vel per eorum utrumque erga et super omnes

delinquentes

delinquentes contra hujusmodi leges institutičoes jura ordinatičoes et constitutičoes sive eor̃ aliquod sive aliqua qual et que eisdem magistro custodibus et assistentibus mysterij prædicti pro tempore existen. vel majori parti eorum (quor. magistrum mysterij et societatis prædict. pro tempore existen. unum esse volumus) necessaria requisita et opportuna pro observatione eor̃dem legum ordinationum et constitučoum melior. fore videbuntur facere ordinare limitare et providere possint Ac quod eidem magister custodes et societas myster. prædict. et successores sui eadem fines & amerciamenta per ministros proprios eor̃dem magistri custodum et societat. pro tempore existen. per discretiõem vel alitèr secundum leges et consuetudinem regni nostri Angliæ levare habere et capere possint et valeant ad usum magistri custodum et societatis prædict. et successor. suos absq, impedimento nostri hæredum et successorum nostror. aut alicujus vel aliquor. officiar. vel ministror. nostror. hæredum vel successor. nostror. et absq, aliquo compot. nobis hæredibus vel successoribus nostris inde redden. seu faciend. que omnia et singula ordinačoes jura et constitučoes sic ut præfertur fiend. observari volumus sub pœnis in eisdem continendis. Ita tamen quod leges constitučoes fines et amerciament. hujusmodi sint rationabilia et non sint repugnan. nec contraria legibus statut. consuetud. sive Juribus regni nostri Angliæ ET pro meliori executčoes voluntatis et concession. nostr. in hâc parte assignavimus nominavimus creavimus constituimus delectum nobis prædict. Edmundum Philips fore et esse primum et modernum magistrum artis et mysterij et societatis prædict. ac etiam prædict. Stephanum Higgins et Thom. Jones fore et esse primos et modernos custodes mysterij et societatis prædict. continuand. in eisdem officijs a dat. presentum usq, ad vicesm̃m diem Augusti proxime sequent. et exinde de quousq, tres alij ad officia illa magistr. et custod. artis sive mysterij et societatis prædict. debito modo electi et præfecti fuerint juxta ordinačoes et provisiones in his præsentibus expressas et declaratas si idem Edmundus Philips Stephanus Higgins et Thomas Jones tam diu vixerint (nisi interim pro malâ gubernačoe aut male se gerend. in eâ parte aut pro aliquâ aliâ causa rationabili ab officijs illis amoti erunt vel cor aliquis amotus crit) et assignavimus etiam ac nominavimus creavimus constituimus ac fecimus ac per presentes pro nobis heredibus et successoribus nostris assignamus creamus nõimus constituimus ac facimus dilectos nobis predictos Johan. Wolfegang Rumler Gideon de Laune Lodovic Myreum Rich. Bacon Thom. Wheatley Johan. Parkinson Johan. Hewet Willm̃ Checkley Daniel Darnelly Witt Wells Ad^n Barton Josiam Harris Thomam Christie Johannem Sheppard Gabr. Sheriffe Thomam Bulwar Rich. Edwards Jac. Colwall Thomam Hicks Edward Cooke et Johan. Warkehouse in arte et mysterio Pharmacopol. edoct. educat. et expert. fore et esse primos et modernos assisten. ejusdem mysterij et societat. Pharmacopol continuand. in eisdem officijs et locis durat. vitis suis naturalibus nisi interim pro mala gubernačoe seu malè se gerend. in ea parte aut pro aliquâ causa rationabili amoti fuerint aut eor̃ aliqui vel aliquis amotus erit vel amoti erunt. Qui quidem assisten. myster. et Societat. prædict. sacra sua corporal. coram Francisco Bacon, milite, attornat. nostr. generali Henric Yelverton, milite, sollicitator. nostro general. Theodoro de Mayerne et Henrico Atkins in medicinâ doctoribus, et Johanne Townely, armigero, vel coram duobus eor̃ quibus quinque vel eor̃ duob. plenam potestatem et authoritatem sacra prædict. assisten. mysterij predict. dare et administrare damus et concedimus per præsentes infra quadraginta dies post dat. Presentem ad officia sua prædict. bene et fideliter exequend. præstabunt ac etiam prædict. magister mister. prædict. et custod. myster. et societat. prædict. sacra sua corporalia coram assisten. myster. prædict. vel majore parte eor̃dem infra quinquaginta dies post dat. presentium bene et fideliter ad dictum officium magistri et custod. myster. et societat. predict. exeqend. in omnibus eadem officia tangen. seu concernen. præstabunt et sic de tempore in tempus toties quoties magister et custod. myster. et societat. prædict. elect.

elect. et præfect. fuer. antequam ad execucõem prædict. offic. admittantur sive eorum aliquis admittatur. ET ULTERIUS VOLUMUS ac per præsentes pro nobis hered. et successoribus nostris concedimus prefat. magistro custod. et societat. myster. et art. Pharmacopol præd. et successor. suis quod magister custod. et assisten. myster. et societati præd. pro tempore existen. et successores sui ad numer. tredecim personar. vel plur̃m (si tot convenientèr congregare possunt) de tempore in tempus perpetuis futuris temporibus potestat. et authoritat. habeant et habebunt annuatim et quolibet anno in ppetũm in et super vicesĩum diem Augusti vel infra octo dies ante dict. diem vicesm̃im diem Augusti vel infra octo dies prox. post dictum vicesm̃im diem Augusti eligend. et nominand. et quod eligere et nominare possint et valeant tres de probioribus & discretioribus hominibus societat. prædict. quorum unus erit magister et alteri duo erunt custod. myster. et societat. prædict. pro uno anno integro tunc proxime sequen. et deinde quousq, tres alij probi et discreti hoies myster. prædict. elect et ꝑfect fuerint juxta ordinem et provisionem in his præsen. express. et declarat. ET ULTERIUS VOLUMUS ac per præsentes pro nobis hered. et successor. nostris concedimus præfat. magistro custod. et societat. myster. Pharmacopol civitat. London prædict. et successor. suis quod si contingerit magistrum et custod. myster. et societat. prædict. aut eor̃ aliquem vel aliquos aliquo tempore infra unum annum postquam ad officia magistri et custod. myster. et societat. prædict. sic ut præfertur electum aut electos obire aut ab officio amoveri (quos quidem magist. et custod. et eor̃ quemlt. p malâ gubernãe aut p aliquâ causâ Ronabit ꝑ reliquos magr̃m et custod. non offendentes vel delinquentes et assisten. myster. et societat. prædict. p tempore existen. ad numer. tresdecim personarum vel plur̃m de tempore in tempus amobit esse volumus quod tunc et toties bene liceat et licebit talibus et tot eorum magr̃m custod. et assisten. qui tunc supervixerint vel remanserint ad numer. tresdecim psonar. vel plur. ad libit. suñ unũ aliũ vel plur̃ alios in magistr. et custod. vel custod. myster. et societat. præd. eligere et præficere secundum ordinationem et provisionem in has præsent. declaratas ad exequend. et exercend. præd. offic. magr̃i et custod. myster. et societat. prædict. usq, ad vicessim̃m diem Augusti tunc prox. sequen. vel infra octo dies ante vicesm̃im diem Augusti vel infra octo dies prox. post vicesm̃im diem Augusti et exinde quousq, tres alii probi et discreti hoĩes myster. et societat. præd. in officia magistri et custod. myster. et societat. ꝑd electĩ et nõiat. erunt juxta ordinac. et provis. in has præsen. declarat. et express. et sic toties quoties casus sic acciderit ET ULTERIUS VOLUMUS ac per præsen. p nob. hered. et successor. nostr. ordinamus et concedimus prædict. magr̃o custod. et societat. artis et mysterii præd. et successor. suis quod quandocunq, contigerit aliquem vel aliquos de præd. viginti et uno assisten. pro tempore existen. myst. et societatis prædict. obire aut pro aliquâ causa Ronabil ab offic. suis assisten. myster. et societat. præd̃ amoveri (quos quidem assisten. et eor. quemlt se non bene geren. aut geren. in offic. ill. aut pro aliquâ aliâ causâ Ronabil de tempore in tempus per magist. custod. et assisten. ad numer. tredecim personar. vel plur. qui ad tunc remanserint vel supervixer. amobit. esse volumus) ad libitum sũm de tempore in tempus unum alium vel plures alios de probioribus et dignioribus hominibus existen. de myster. et societat. predict. in locum sive loca ipsius assisten. vel ipsorum assisten. myster. et societat. prædict. sic mori vel amoveri contingen. vel contingen. eligere nominare et pficere ad supplend. prædict. numerum viginti et uñ assistent. prædictor. Quodq, ille vel illi postquam sic ut præfectur elect. et nõiat. fuerint vel elect. et nõiat. fuerint antequam ad execuõem prædict. offic. assisten. vel assisten. myster. et societat. prædict. admittantur sive eor̃ aliquis admittatur sacrum suum corporale super sacrosanct. evãgelio eorum magistro et custod. myster. et societat. prædict. pro tempore existen ad offic. ill. recte benè fidelit. et honestô exequend. et ad ea omnia secreta tenend. quæ in cur. assisten. ꝑson. ipsius vel ipsor.

ipsor. erunt communicat. vel colloquunt præstabit et præstabunt, et sic toties quoties casus sic inciderit DAMUS insuper ac per præs. pro nobis hered. et success. nostris concedimus præfat. magist. custod. et societat. artis et mysterij Pharmacopol prædict. et successoribus suis quod magister et custodes mysterij et societatis prædict. pro tempore existen. habeant et habebunt plenam potestatem et authoritatem de tempore in tempus ad tradend. et ministrand. sacrum corporal supra sacrosanct. evangelium tam omnibus magist. custodib. et assisten. myster. et societatis prædict. in poster eligend. et in eadem officia sive loca (ut præfertur) admittend. ac omnibus officiar. myster. et societatis prædict. pro debita executione officior suor. rectè benè et fideliter in omnibus separatim officia sua tangen. sive concernen. quam omnibus apprenticijs ac al. liberis hominibus myster. prædict. quibuscunq, ET ULTERIUS ut nos subditor nostror. saluti ac bono publico quantum in nobis est consulamus et ut pericula et incommoda illa assiduè accidentia per imperitos et inexpertos dolosos et improbos homines artem Pharmacop. actim prædict. exercen. melius devitentur volumus ac de gratia nostra speciali certa scientià et mero motu nostris per præsentes pro nobis hæredibus et successoribus nostris concedimus præfat. magistro custodib. et societat. myster. Pharmacopol. prædict. et successor. suis quod non liceat aut licebit deinceps in poster. alicui personæ vel aliquibus personis quibuscunq, jam existentibus aut in poster. futuris liberis hominibus myster. grocer. prædict. aut aliquar. aliar. artium facultatum sive myster. in civitat. London. ac in eisdem artibus facultat. sive myster. educat. vel educand. officinam vel shopam Pharmacopol instruere tenere habere aut medicamenta quacunq, facere mistere condere componere præparare propinare applicare aut administrare aut ulla medicamenta composita aut composit. medicinales viz' aquas stillati composit. vel olea chymica apozemata syrupos conservas eclegmata electuaria condita medicinalia pilulas pulveres trochiseos olea unguenta emplastra ullo modo divendere propalare edere exercere aut vendicor. alicui persone vel aliquibus personis quibuscunq, exponere aut alitèr quocunq, modo arte facultat. sive myster. Pharmacopol. aut aliquà ejus parte uti aut exercere infra civitatem London libertates ejusdem aut infra septem milliaria ejusdem civitatis sub pœna quinq, librar. pro quolibet mense quo hujusmodi persona sive personæ artem et myster. Pharmacopol. (ut præfertur) exerceat aut exerceant contra veram intentionem har. literar. patentium quæ quidem forisfactur et penalitates per districtionem vel per actionem debiti in nomine custodis junior pro tempore existen. prosequend. aut aliter in aliquibus curijs nostris apud Westmonasterium de tempore in tempus leventur et recuperentur dimidium inde ad usum nři heredum et successor. nostror. et dimidium inde ad usum prædict. magistr. custodum et Societatis myster. Pharmacopol. capiend. et applicand. VOLUMUS ETIAM ac per presentes pro nobis hæredibus et successorib. nostris concedimus præfat. magist. custodibus et Societat. myster. Pharmacopol. Civitatis London prædict. et successoribus suis quod nulla persona sive personæ quæcunq, officinam aut shopam Pharmacapol. habeat teneat aut instruat habeant teneant aut instruant aut artem sive myster. Pharmacopol. exerceat aut exerceant aut quecunq, medicamenta faciet mixtet condat componat præparet propinet applicet administret aut ulla medicamenta composita aut compositiones ullo modo divendere propalare edere exercere aut venundare alicui personæ vel aliquibus personis quibuscunq, infra civitatem London et libertates ejusdem aut infra septem Milliaria ejusdem civitatis nisi hujusmodi persona et personæ per spatium sept. annor. ad minus ut apprenticius vel apprenticij cum aliquo vel aliquibus Pharmacapol. eandem artem exercen. et libero homine ejusdem mister. existen. educat. instruct. et edoct. fuerit vel fuerint Et postquam hujusmodi septem anni servitij sive tyrocinij (ut præfectur) fuerint elapsi et exacti quod tunc unusquisq, talis apprenticius coram magistro et custod. pro tempore existentibus

apparcat

appareat et præsentetur ac per eosdem magistrum et custodes (advocat. sibi president. Collegij seu communitatis facultatis Medicinæ London pro tempore existen. aut aliquo medico aut aliquibus medicis per dict. President. nominand. et ad hoc de tempore in tempus assignand. si super moincoem inde factam tal. prædict. medicus vel tales prædicti medici adesse voluerit et advisament. cum eodem vel eisdem habit. circa cognitionem et electionem simplicium et circa medicament. preparationem dispensationem tractionem commixtionem et compositionem examinetur probetur tentetur ac per eosdem medicos magistrum et custodes spectatus et approbatus fuerit priusquam officinam Pharcop. habere tenere instruere aut medicamenta quæcunq, preparare facere permiscere condere componere propinare applicare administrare propalare edere exercere divendere aut venducare exponere aut aliter quocunq, modo artem Pharmacopol. aut aliquam ejusdem ptem exercere infra civitatem London ac libertates ejusdem aut infra septem milliaria ejusdem civitatis præsumat AC ULTERIUS de uberiori grã nr̃a special. ac ex certa scientiâ et mero motu nostris pro meliori regimine et gubernacõe omn. et singular. personar. qui modo exercent aut in posterum exercebunt artem sive myster. Pharmacapol. predict. infra civitatem London seu suburbia ejusdem vel infra septem milliaria ejusdem civitatis ejusd. dedimus et concessimus ac per præsentes pro nobis hæredibus et successorib. nostris damus et concedimus præfatis magistro custodibus et Sociẽtati myster. Pharmacapol. civitatis London prædict. et successoribus suis quod magister et custodes myster. prædict. pro tempore existen. et successores sui de cætero in perpetuum plenam potestatem et authoritatem habeant et habebunt de tempore in tempus capere et habere supuis scrutini examĩicõem gubernacõem et correcõem omn. et omnimodo tam liberor. hominum quam alior. quor. cunq, uten. sive exercen. art. myster. sive facultat. Pharmacopol. aut aliquam ut præfertur ejusdem partem tam infra dict. civitatem nr̃am Londin. libertates et suburbia ejusdem civitatis quam in alijs villis hamlettis sive locis quibuscunq, infra sept. milliaria ejusdem civitatis tam infra libertates quam extra vel aliqua persona uten. sive exercen. mysterium sive facultatem Pharmacopeiam aut aliquam ejusdem partem inhabitabit aut comorabit seu inhabitare et commorari contigerit quodq, ijdem magister et custodes cor̃ successores aut cor̃ aliqui vel aliquis aut aliqui assisten. per magistrum et custodes nominand. et assignand. temporibus congruis et convenien. ac modo et formâ convenien. et legitim. de tempore in tempus quoties eisdem magistro et custodibus videbitur expedire ingredi et intrare possint et valeant in aliquam vel aliquas officinam vel officinas shopam vel shopas domum vel domos aliquar. personar. quar. cunq, sive alicuius personæ cujusq, uten. sive exercen. artem sive myster. Pharmacopol. aut aliquam ejusdem partem infra Civitatem London suburbia et ejusdem libertat. predict. aut infra septem milliaria ejusdem civitatis tam infra libertates quam extra ubi aliqua medicamenta simplicia vel composita merces drogua recepta aq. distillat. olea chymica syrupi conservæ eclegmata electuaria pilulæ pulveres trochisci olea unguenta emplastra aut aliqua alia quecunq, quæ ad artem sive myster. Pharmacopol. prefertam pertinent sive spectent probabiliter sive verosimiliter inveniri poterint Et ad supervidend. scrutand. et proband. si eadem medicamenta simplicia vel composita merces drogua recept. aquæ distillatæ olea chymica syrupi conservæ eclegmata electuaria pillulæ pulveres trochisci olea unguenta emplastra aut aliqua alia quæcunq, ad artem sive myster. Pharmacopol. predict. pertinent. sint aut erunt bona et salubria medicinabilia apta et idonea ad curam salutem et relevamen subditor. nostror. Ac etiam quod prefat. magistr. et custodes mysterij predicti et assẽntes predict. pro tempore existent. ad hoc per magistr. et custodes nominand. et assignand. et successores sui de tempore in tempus plenam potestatem et authoritatem habeant et virtute presencium habebunt ad examinand. et proband. omnes et singulas personas profitentes

utentes sive exercen. aut qui in poster. profitentur utentur aut exercebunt artem seu myster. Pharmacopol. aut aliquam ejusdem ptem infra predict. Civitat. London suburbia aut libertat. ejusdem aut infra septem milliaria ejusdem civitat. tam infra libertat. quam extra de et concernen. eoȓ et eoȓ cujuslibet cognicõe peritiâ ac scientiâ in prædict. arte sive myster. Pharmacopol. et ad omnes illos quos impostor aut imperit. inscien. et insufficien. vel ad examinand. vigore præsentium obstinat. et repugnan. in arte et myster. prædict. inveniunt ab exercitio usu et practicâ myster. sive artis pdict. amovend. et prohibend. Nec non ad omnia et singula medicamenta merces droguas recept. aquas distillatas olea chymica syrupos conservas eclegmata electuaria pilulas pulveres trochiscos olea ungenta et emplastra cæteraque omnia et singula ad artem prædict. pertinen. quæ falsa illegitima adulterata inveterata obsoleta insalubria corrupta immedicinabilia pniciosa aut nocua invenerint ante delinquentium fores comburend. multamq; etiam ac alias pœnas et pœnalitates per fines et amerciamenta in tales delinquentes statuant imponant et exequantur secundum eoȓ sanas discrecões et ordinacões per ipsos et successores suos sic (ut præfertur) fiend. et constituend. VOLENTES et per presentes pro nobis heredibus et successoribus nostris firmit. injungen. præcipien. et mandan. omnibus et singulis mayoribus justiciar. ballivis constabular. et omnibus alijs officiarijs ministris et subditis nostris quibuscunq; Quod sint assisten. auxiliantes et confortantes prefatis magistro custodibus et assisten. mysterij et societatis Pharmacopol. prædict. et eoȓ cuilibet et successoribus suis ad faciend. guadend. habend. et exequend. ea omnia et singula per nos prefatis magist. custodibus et societat. et successoribus suis per has litteras nostras patentes concess. et quam libet sive aliquam inde partem et parcelam ET ULTERIUS VOLUMUS ac per presentes de ampliori gratia nostra speciali certa scientia et mero motu nostris pro nobis heredibus et successoribus nostris concedimus præfatis magistro custodibus et societat. myster. Pharmacopol. civitatis London prædict. et successoribus suis Quod ipsi præfat. magister custodes et societas myster. Pharmacopol. prædict. habeant teneant retineant ac gaudeant ac habere tenere retinere et gaudere valeant et possint tot tanta talia eadem hujusmodi et consimilia franchisas privilegia consuetudines immunitates ac quietam proficua commoditates incrementa advantagia et emolumenta quæcunq; in aromatibus pharmacis droguis et alijs rebus et materijs quibuscunq; ad artem sive mysterĩ Pharm. spectan. et pertinen. emend. mercand. seu comparand. quot quanta qualia et quæ ac in tam amplis modo et forma prout ante hac unquam habuerunt tenuerunt et gavisi fuerunt aut habere tenere aut gaudere aliquo modo debuerũt quando cum prædictis liberis hominibus mysterij Grocer. remanser. ac unum corpus corporatum et politicum promiscue et indivisim cum ijsdem fuerunt et fecerunt ET ULTERIUS VOLUMUS ac per præsentes pro nobis heredibus et successoribus nostris concedimus licentiam specialem liberamq; et licitam facultatem potestatem et authoritatem damus prefatis magistro custodibus et societati mysterij sive Pharmacopol. predict. et successoribus suis habend. recipiend. et perquirend. sibi et successoribus suis in perpetuum manneria messuagia terras tenementa prata pascua pasturas boscos sub-boscos rectorias decimas redditus reversiones et alia hereditamenta quæcunq; infra regnum nostrum Angliæ seu alibi infra Dominia nostra tam de nobis hæredibus et successoribus nostris non tenentur immediate in capite vel per servitium militare dummodo eadem manneria messuagia terræ tenementa prata pascuæ pasturæ bosci subbosci rectoriæ decimæ redditus reversiones servitia et hereditamenta sic per ipsos habend. recipiend. et perquirend. non excedant in toto clarum annuum valorem quadraginta librar. per annum ultra omnia onera et Reprisas statut. de Terris et tenementa ad manum mortuam non ponend. aut aliquo alio statuto actu ordinatione vel provisione antehac habit. fact. ordinat. sive provisis aut aliqua aliâ re causa vel materia quacunq; in contrarium

trarium inde in aliquo non obstante. Damus etiam et per presentes pro nobis hæredibus et successoribus nostris concedimus cuicunq, subdito nostro sive quibuscunq, subditis nostris heredum et successor. nostror. licentiam specialem liberāq, et licitam potestatem facultatem et authoritatem Quod ipsi sive eor. aliquis sive aliqui. manner̃ messuagia terras tenementa prata pascua pasturas boscos subboscos rectorias decimas redditus revercões servitia et alia hereditamenta quacunq, que non tenentur de nobis hæredib. et successuris immediatè in capite aut per servitium militare præfatis magistro custodibus et societat. myster. predict. et successoribus suis dare concedere vendere legare vel alienare possint et valeant ita quod omnia predicta manneria messuagia terræ tenementa prata pascuæ pasturæ bosci subbosci rectoriæ decimæ redditus reservāones servitia et alia hereditament. sic eisdem magistro custod. et societati artis et mysterij et artis prædict. et successoribus suis virtute presentium danda concedend. legand. vel alienāda non excedant in toto clarum annuum valorem quadraginta librarum per annum ultra omnia onera reprisas statut. de terris et teñtis ad manner. de mortmayne non ponendis aut aliqua alia re causa vel materia quæ ante hac habit. fact. edit. ordinat. sive provis aut aliquà alià re causâ vel materià quâcunq, in contrar. inde in aliquo non obstant. VOLUMUS etiam et per presentes pro nob. heredib. et successuris concedimus prefat. magist. custod. et societat. artis et myster. sive art. Pharmacop. Civit. London. prædict. et successoribus suis quod præfat. magister custod. et assisten. pro tempore existen. et eorum successores vel major pars eorum de cœtero in perpetuum nominare assignare et eligere possint et valeant unum probum et idoneum virum qui erit et nominabitur communis clericus societatis prædict. Quodq, talis clericus priusquam antequam ad officium illud exequend. admittatur sacrament. suum corporale eorum magistro et custod. societat. prædict. pro tempore existen. ad offic. illud prædict. secundum ejus scientiam in omnibus offic. illud tangent recte et fidelit. exequænd. præstabit Et quod post. hujusmodi sacrament. sic prefatum offic. illud exerceat et utatur durante bene-placito magistri custod. et assisten. societat. prædict. pro tempore existen. aut major̃ part̃ eor̃dem quor̃ magistrū artis et myster. prædict. pro. tempore existen. unum esse volumus AC ULTERIUS VOLUMUS ac per presentes pro nobis hered. et successoribus nostris concedimus præfat. magistro custod. et societat. myster. Pharmacopol. prædict. et successoribus suis quod præfat. magister custodes et assisten. pro tempore existen. et eorum successores vel major pars eorum de tempore in tempus de cœtero nominare et eligere possint et valeant unum aptum et idoneum hominem qui erit et nominabitur Bedellus societatis prædict. qui quidem Bedellus sic ut præfertur elect. et noīat' et antequam ad offic. illud exequend. admittatur sacrum suum corporale eorum magistro et custodibus societatis prædicte pro tempore existent. ad offic. illud prædict. inomnibus offic. ill. tangen recte et fidelit̃ exequend. prestabit Et quod post hujusmodi sacrament. sic prestic. offic. illud exerceat et teneat durante bene-p̃lito magistri custod. et assisten. predict. et successor. sic or pro tempore existen. (quorum magistrum artis myster. predict. pro tempore existen. unum esse volumus. ET DENIQUE VOLUMUS et regiam nostram intencionem esse per presentes declaramus quod hæ litteræ nostr. patentes sive aliquid in ejs content. non cedent. in prejudicium Presiden. et Colleg. sive communitat. medicor. civitatis London. nec ad eor̃dem Presiden. et Collegij sive coītatis et successor. suor. jurisdicõem authoritatem aut supervisionem vel correcõem in Pharmacopol. civitatis London tollend. infringend. aut dirimend. Sed quod idem presidens et coītas medicor. omnesq, et singuli medici de eodem Collegio sive coītate et successores sive sicut et medici regis reginæ et principum in posterum debeant et pro arbitrio suo possint artem medicam in omnibus suis partibus exercere, et insuper gaudebunt utentur et fruentur et gaudere uti et frui valeant et possint eisdem et consimil. Jurisdictionibus authoritat. supervisionibus et correccõibus ac omnibus alijs potestat. privileg. et libertat. qual. unquam antehac

in Pharmacopol. usi et gavisi fueř. Et preterea generaliter omnibus alijs authoritat. privilegijs et potestat. ipsis quandocunq, vel quacunq, de causâ antehac concess. rõne vel pretextu aliquar. lrař. petet. per nos seu per aliquos vel aliquor. Progenitor. nostros aut ratione vel prætextu alicujus Actus Parliamenti vel aliquoř Actuum Parliamentor. aut aliquo alio legali modo quocunq, eisdem presiden. et Collegio sive coĩtatĩ medicor. et successoribus suis dat. conces. seu confirmat. VOLUMUS nihilominus et ordinamus per presentes quod in quocunq, casu presidens et Colleg. Medicor. Civitatis London predict habuer. scrutinium medicamentor. advocando sibi aliquem de societat. grocer. vigore Act. Parliament. quod in eodem et consimili casu prædict. Præsidens et Colleg. habebunt gaudebunt et exercebunt consimil. potestatem et authoritatem advocand. sibi magistri et custodes Pharmacopol. prædict. absq, eo quod omnino licebit in posterum eisdem medicis aliquos myster. grocer. prædict. advocare ad hujusmodi scrutinium aliquo in hujusmodo statut. in contrarium in aliquo non obstan. Proviso etiam qd hæ littere nostræ patentes seu aliquid in eisdem concess. aut content. non cedent in præjudicium civitatis nostræ London seu Libertat. ejũdem neq, ullo modo derogabunt libertat. franchis regimin. jurisdic̃on aut consuetud. ejusdem civitatis ET DENIQUE VOLUMUS et intentc̃oem nostram esse declaramus quod chyrurgi experti et approbati eor. artem et facultatem exercere possint omnesq, et singuli eoř practica sibi propria uti et frui valeant quantum ad compõsicon et applicac̃oem medicamentor. externor. solummodo pertinet et spectet Ita tamen ut ea medicamenta minimè vendant aut vendities alijs exponant secundum morem vulgar. Pharmacopœior. civitatis nostro London Eo quod expressa mentio de vero valore annuo aut de certitudine præmissor. sive eor. alicujus aut de alijs donis sive concessionibus per nos seu per aliquem progenitor. vel anticessor. nostror. prefat. magistro custod. et societat. mister. Pharmacopæior. civitatis London prædict. ante hæc tempore fact. in præsentibus minime fact. existit. aut aliquo statuto actu ordinatione provisione proclamat. sive restrictione in contraria inde antehac habit. fact edit. ordinat. seu provis. aut aliquâ aliâ re causâ vel materiâ quacunque in aliquo non obstan.

IN CUJUS rei testimonium has lr̃as nostras fieri fecimus patentes teste meipso apud Westmonasterium sexto die Decembris anno regni nostri Angliæ Franciæ et Hiberniæ quinto decimo et Scotiæ quinquagessimo primo.

EDMUND BACOT,

Cl. Soc. Apoth's.

WELLCOME INSTITUTE LIBRARY

APOTHECARIES' COMPANY.

COPY OF THE CHARTER

Granted to the Society of APOTHECARIES by King *James* the First.

Ordered, by The House of Commons, *to be Printed,*
22 *June* 1825.

468.